Quelle:
Copyright:

Cod. CXCIX.

Chartac: Fol. Loec: 15. 2 4. 1.

1. Fol: 3-90.

Thomæ de Haselbach Tract: de X præcept: decalog. 1a-89a

Thomæ Ebendorfer de Haselbach Tractatus de X præceptis decalogi. Incipit: "Cogitatum habe in præceptis Dei &c. Ita scribit sapiens." Unde patet idem esse opus, quod occurrit in Cod: XXXIX. num: 1.

2. Fol: 90-162.

Ejusdem tractatus de novem alienis peccatis. 90a-162a

Ejusdem tractatus amplus de novem alienis peccatis. Primus Sermo, qui prologi locum in alios tenet, incipit: "Ad philipenses primo capitulo hortatur apostolus fideles." Hunc excipit alter cum rubrica: Sermo generalis de alienis peccatis, cujus initium est: "Ab occultis meis munda me &c sic petit propheta." In fine videtur mutilus, quod ob elegantiam codicis eo ægrius ferendum. Authorem hujus tractatus esse Thomam de Haselbach docet Loec I. Script: Univers: Vienn: p: 157.

3. Fol: 171-216.

Comentarius in Symbolum Apostolicum. 171-216b

Comentarius in Symbolum Apostolicum, cujus initium est: "Ex quo communiter solet scribi et dici coram simplicibus." Præter aliorum doctorum auctoritates adducuntur etiam illæ Petri de Palude, Richardi de Media Villa, Henrici de Hassia. Illud prorsus singulare est, quod auctor omissis tribus ultimis articulis, eorum loco agat de Sacramentis baptismi, et confirmationis.